Collecção

de

Tratados e concertos de pazes

Collecção
de
Tratados e concertos de pazes
que o
Estado da India Portugueza
fez
com os Reis e Senhores com quem teve relações
nas partes
da Asia e Africa Oriental
desde
o principio da conquista até ao fim do seculo XVIII
por

Julio Firmino Judice Biker

Primeiro Official e Chefe de Repartição aposentado
da Secretaria d'Estado dos Negocios Estrangeiros, Socio correspondente
do Instituto de Coimbra,
e da Real Academia de Historia de Madrid,
e Official da Academia em França

Tomo II

Lisboa–Imprensa Nacional–1882

MINISTERIO DOS NEGOCIOS ESTRANGEIROS

REPARTIÇÃO DE CONTABILIDADE

Tendo-se espontaneamente prestado Julio Firmino Judice Biker, chefe de repartição aposentado do Ministerio dos Negocios Estrangeiros, a continuar dirigindo a publicação da *Collecção de Tratados e outros documentos diplomaticos,* no que tem prestado, com tanto zêlo e intelligencia como desinteresse, um serviço importante ao paiz; Ha por bem Sua Magestade El-Rei mandar que se lhe continue a abonar, juntamente com o seu vencimento, a gratificação annual de cento e oitenta mil réis, que lhe foi mandada dar por portaria do primeiro de Julho de mil oitocentos oitenta e um, e que percebêra como chefe de repartição effectivo, antes de ter sido aposentado, a seu pedido, depois de mais de quarenta e sete annos de bom e effectivo serviço.

Paço, em 8 de Novembro de 1882.

A. de Serpa Pimentel.

Para Julio Firmino Judice Biker.

ILLUSTRISSIMO E EXCELLENTISSIMO SENHOR

ANTONIO DE SERPA PIMENTEL

Ministro e Secretario d'Estado dos Negocios Estrangeiros

Publicando a Portaria de oito do corrente, assignada por V. Ex.ª, cumpro um dever dando a V. Ex.ª os meus sinceros agradecimentos pelos termos em que ella está concebida, devendo declarar, que a V. Ex.ª se deve a continuação dos meus trabalhos, porque, se subsistisse a portaria do primeiro de Julho de mil oitocentos oitenta e um, eu seria obrigado a abandonal-os.

De V. Ex.ª

o mais attento venerador,

Lisboa, 20 de Novembro de 1882.

Julio Firmino Judice Biker.

NOTICIA PRELIMINAR

O Tratado de paz de 15 de Novembro de 1630 entre os Reis Filippe IV, e Carlos I comprehendeu Portugal, por este, e os seus dominios, estar n'aquella epocha unido á Hespanha.

O Rei Carlos I de Inglaterra tinha, desde o principio do seu reinado, declarado abertamente a guerra á Hespanha, invadindo as suas costas com poderosas armadas, e fazendo ao mesmo tempo liga offensiva e defensiva com os Estados Geraes das Provincias unidas; porém, havendo-se empenhado depois na guerra dos Huguenotes contra o Rei de França, começou a esmorecer o seu ardor contra Hespanha, e assim mereceram a favoravel attenção daquelle Principe as proposições do Abbade Scaglia, Embaixador do Duque de Saboya, que, desejando concertar uma liga entre os Reis de Hespanha e de Inglaterra contra o de França, de quem estava descontente, offereceu com gosto os seus bons officios para a conclusão da paz entre as duas Corôas, a qual não lhe foi difficil persuadir a ambos os Reis: ao de Hespanha com a esperança

de conseguir pela mediação do de Inglaterra alguma tregua com os hollandezes, e ao de Inglaterra com a promessa de que o de Hespanha comporia as differenças de seu genro o Palatino com o Imperador.

Fez-se em consequencia o Tratado de paz de 15 de Novembro de 1630, ratificado por ambos os Soberanos, e que durou até que, havendo sido publicamente degolado o mesmo Rei Carlos I, em Londres, diante do Palacio de White-Hall, no dia 30 de Janeiro de 1649, o usurpador Cromwell se ligou com a França contra a Hespanha.

TRATADO DE PAZ, CONFEDERAÇÃO E COMMERCIO ENTRE FILIPPE IV DE HESPANHA E CARLOS I DE INGLATERRA

Tratado de paz, confederação e commercio entre Filippe IV de Hespanha e Carlos I de Inglaterra, concluido em Madrid a 15 de novembro de 1630

(Collecção de Tratados de Hespanha por Abreu y Bertodano, Filippe IV, T. 2.º, pag. 204.)

1630 Novembro 15

Omnibus, et singulis notum sit, ac manifestum, quod post diutina ac cruenta bella, quibus Hispaniarum, et Angliæ Regna, jam olim invicem agitabantur, accito tandem summi Dei (qui pacis est author) immensa providentia ad Coronæ Anglicanæ successionem Serenissimo Jacobo Scotiæ Rege, cui et Hispaniarum Regibus, tutæ, et sinceræ pacis conjunctio semper intercesserat, cum eodem supremi Numinis ductu ageretur de constituenda quoque cum Angliæ Regno eadem firma pace, et concordia, ea demum vigesima octava die mensis Augusti anno Domini millesimo sexcentesimo quarto fœliciter inita fuit, ac postmodum à Serenissimis Philippo tertio Hispaniarum, et prælibato Jacobo Magnæ Britanniæ Regibus, subscripta, ac promulgata; necnon mutuis inter utrumque Regem intercedentibus amicitiæ officiis fraternæque benevolentiæ pignoribus, longa annorum serie sancte, æque ac utiliter observata. Quamvis verò rerum, et temporum vicissitudo, et acris illa contentio, qua humani generis hostis eidem indefessè studet officere; tum verò varii casus et accidentia, quibus potentiora Regna, et Imperia plerumque sunt obnoxia, nonnullis dissidiis occasionem præbuere, quæ mox in apertum bellum, et mutuas utrinque hostilitates evaserunt, Omnipotens ille Deus, in cujus manibus corda Principum sunt posita, Serenissimorum Philippi quarti Hispaniarum Regis catholici, et Caroli Regis Magnæ Britanniæ animis nequaquam voluit excidere antiquam illam amicitiam, qua Regiæ istæ Coronæ tanquam firmissimo nexu, hactenus obstringebantur, aut indefessum studium quo Regii eorum progenitores christiano sanguini parcere, et subjectos sibi Populos almæ pacis tranquillitate beare quæsiverunt, quo, et

1630 Novembro 15

Sea notorio, y manifiesto á todos, y a cada uno, como despues de las largas, y sangrientas guerras, que tuvieron antiguamente entre si los Reynos de España é Inglaterra, haviendo finalmente por la immensa providencia de Dios, Autor de la Paz, sido llamado á la sucession de la Corona de Inglaterra el Serenissimo Jacobo, Rey de Escocia, que siempre havia conservado la union de una segura, y sincera Paz con los Reys de España: y tratandose con el mismo favor de la Divina Magestad de assentar tambien con el Reyno de Inglaterra la misma firme Paz, y Concordia, esta llegó felizmente á concluirse en veinte y ocho del mes de Agosto, año del Señor mil seiscientos y quatro; y poco despues se firmó, y mandó publicar por los Serenissimos Don Phelipe Tercero, Rey de las Españas, y el dicho Jacobo, Rey de la Gran Bretaña; y assimismo mediando entre ambos Reyes reciprocos oficios de amistad, y prendas de fraternal amor, se observó tan religiosa, como provechosamente por largo discurso de años. Y aunque la mudanza de las cosas, y tiempos, y aquella cruel porfia, con que el Enemigo del genero humano procura incessantemente ofenderle, y otros varios sucessos, y accidentes, á que los Reynos, é Imperios mas poderosos estan comunmente sujetos, dieron ocasion á algunas diferencias, que prorumpieron despues en guerra abierta, y reciprocas hostilidades; aquel Dios todo poderoso, en cuyas manos estan los corazones de los Principes, no ha permitido que los Serenissimos Phelipe Quarto, Rey Catholico de lás Españas, y Carlos, Rey de la Gran Bretaña, olviden aquella antigua amistad, con cuyo firmissimo lazo se ha estrechado hasta aqui la union de estas Reales Coronas, ni aquel infatigable

1630 Novembro 15

præviis apud utrumque Regem nomine Caroli Emmanuelis Ducis Sabaudiæ à D. Alexandro Cæsare Scaglia Abbate de Staffarda, Sussa, et Mulegio, ejus intimo Consiliario, et legato, aliisque Ministris eundem in finem, adhibitis amicabilibus officiis factum est, ut pacis non ita pridem injecta mentio, non lubenti solum animo excepta, sed etiam Regii legati, qui de ea sancienda agerent, utrinque missi fuerint: à Serenissimo quidem Magnæ Britanniæ Rege, ad aulam Hispanicam Eques Baronettus D. Franciscus Cottingtonus, Regis ab intimis Consiliis; in Angliam vero ab Hispaniarum Rege Catholico D. Carolus Coloma ejusdem ab intimis Consiliis, et supremus præfectus arcis, et territorii Cameracensis. Explorata igitur utriusque Regis pia, et innatæ Regiæ generositati, et magnanimitati consentanea, ad pacem propensione, instituta fuit Matriti desuper tractatio, et ad eam à Rege Catholico specialiter deputati D. Gaspar de Guzman Comes Olivarensis, Dux de Sanlucar majori nuncupata, ejus summus Cubicularius, et Equitii Regii præfectus, magnus Indiarum Cancellarius, &c., D. Inicus Velez de Guevara, Comes de Oñate, &c., et D. Petrus de Çuniga, Marchio de Flores Davila, &c., omnes ab intimis Serenissimi Regis Consiliis, sub commissione, et mandato tenoris subsequentis. Philippus Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem et Indiarum, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Mediolani, &c., Comes Abspurgii, Tirolis, &c. Cum instaurandæ paci, veterique illi restituendæ amicitiæ, quæ inter Serenissimos Principes Philippum tertium beatæ memoriæ, optimum Patrem nostrum, et charissimum nostrum fratrem Jacobum Angliæ defunctum Regem per longum temporis cursum, donec intempestivæ quædam acciderunt interruptiones, fœliciter duravit, Carolum Magnæ Britanniæ Regem, fratrem nostrum charissimum, animum jam serio applicare, quorumdam Principum interventione cognoverimus; Nos itidem nostram in pacem propensionem, si pax Deo grata, et communi Christianæ Reipublicæ bono cessisset perutilis, ostendere non recusavimus: ex quo noster legatos utrinque mittendi mutuus intercessit consensus, idque pro communi subdito-

1630 Novembro 15

desvelo, con que sus Reales Progenitores procuraron no derramar la sangre christiana, y hacer felices á sus Pueblos con la tranquilidad de la Paz: mediante lo quál, y haviendo precedido con ambos Reyes los amigables oficios hechos á este mismo fin en nombre de Carlos Manuel, Duque de Saboya, por Don Alexandro Cesar Scaglia, Abad de Estafarda, Susa y Mulegio, de su Consejo Secreto, y su Embaxador, y por outros Ministros; no solo ha sido admitida con gusto la proposicion de la Paz, de que poco antes se havia hablado, sino que tambien se han embiado Embaxadores de ambas partes, para tratar de establecerla, es á saber: por parte del Serenissimo Rey de la Gran Bretaña á la Corte de España, el Cavallero Baronèto Don Francisco Cottington, del Consejo de Estado de Su Magestad; y á Inglaterra por el Rey Catholico de las Españas, D. Carlos Coloma, de su Consejo de Estado, y Governador de la Plaza, y Territorio de Cambray. Conocida pues la piadosa inclinacion de ambos Reys á la Paz, tan conforme á su innata Real generosidad, y magnanimidad; se dió principio en Madrid al Tratado de ella, y para este fueron especialmente diputados por el Rey Catholico: Don Gaspar de Guzman, Conde de Olivares, Duque de San Lucar la Mayor, Su Sumiller de Corps, y Cavallerizo Mayor, Gran Canciller de las Indias, etc., Don Iñigo Velez de Guevara, Conde de Oñate, y Don Pedro de Zuñiga, Marques de Flores Davila, todos del Consejo de Estado del dicho Serenissimo Rey, en virtud del poder, y comission del tenor siguiente: Phelipe, por la Gracia de Dios, Rey de las Españas, de las dos Sicilias, de Jerusalen, de las Indias, etc., Archiduque de Austria, Duque de Borgoña, de Milan, etc., Conde de Abspurg y de Tirol, etc. Haviendo entendido que Carlos, Rey de la Gran Bretaña, nuestro muy amado Hermano, con la intervencion de algunos Principes, dessea seriamente renovar y restablecer la Paz, y antigua amistad, que duró felizmente largo tiempo entre los Serenissimos Principes Phelipe Tercero, de feliz memoria, nuestro buen Padre; y el difunto Jacobo, Rey de Inglaterra, nuestro muy amado Hermano, hasta que sucedieron algunas intempestivas inter-

1630 Novembro 15

rum bono insimul exequi confestim curavimus. Cum igitur D. Franciscus Cottingtonus Caroli Regis intimus Consiliarius ipsius mandato plena tractandæ, et stabiliendæ pacis authoritate hodie apud nos gratissimus adsit Orator, nostros itidem Commissarios cum quibus pacis tractatus iniri, et confici possit nominandos et delegandos decrevimus. Plurimum igitur confidentes de prudentia, fidelitate, industria, dexteritate, et zelo Domini Gasparis de Guzman Olivarensis Comitis, Ducis de Sanlucar majori nuncupata, nostri summi Cubicularii, et Equitii Regii Præfecti, magni Indiarum Cancellarii, &c., et Domini Inici Velez de Guevara Comitis de Ognate, &c., necnon Domini Petri de Zuñiga Marchionis de Flores Davila, &c., qui quidem omnes et singuli à nostris sunt intimis Consiliis; illos præsenti pacis tractationi nostros præficere Commissarios æqui bonique consulimus, et harum serie ipsos tales nostros Commissarios et Deputatos nominamus, et declaramus, plenam ipsis potestatem, et authoritatem, et mandatum generale et speciale concendentes, ut cum dicto D. Francisco Cottingtono sui Regis nomine quæcumque inter nos et prælibatum Magnæ Britanniæ Regem, ad firmam pacem et amicitiam restituendam et stabiliendam necessaria et opportuna videbuntur, possint agere, tractare, concordare, et usque ad finalem conclusionem perducere, eaque omnia et singula nostro Regio nomine agant, tractent, concordent, conficiant, et concludant, sicque ad finem peractis una cum prænominato Magnæ Britanniæ Regis Oratore, Commissario et Deputato tractationis articulos et instrumenta ordinare, subscribere, et expedire valeant, necnon sub bona fide, et verbo nostro Regio promittere nos ea omnia grata, rata, et firma habituros, et ex parte nostra æque et firmiter servaturos. Dat. Matriti, pridie Kalend. Maii anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo. Philippus. Andreas de Roças. Pro parte verò Serenissimi Regis Magnæ Britanniæ præfatus ejus legatus D. Franciscus Cottingtonus vigore specialis mandati, et commissionis Regiæ in Palatio Westmonasteriensi vigesimo die Octobris anno Christi millesimo sexcentesimo vigesimo nono desuper expeditæ, quæ de verbo ad verbum sic se habet. Carolus

1630 Novembro 15

rupciones: hemos tenido por bien de manifestar igualmente nuestra inclinacion á la Paz, siendo esta agradable á Dios, y muy util al bien comun de la Christiandad: y assi haviendose acordado reciprocamente embiar por una y otra parte Embaxadores, hemos procurado ponerlo luego en execucion para el bien comun de nuestros Subditos. Por lo que, hallandose al presente por Embaxador cerca de nuestra persona, con particular satisfaccion nuestra, Don Francisco Cottington, del Consejo de Estado del Rey Carlos, con poder, y plena facultad de dicho Rey para tratar, y assentar la Paz; hemos resuelto nombrar, y elegir tambien nuestros comissarios, con quienes se pueda hacer, y concluir el Tratado de ella: y assi confiando mucho de la prudencia, fidelidad, destreza y zelo de Don Gaspar de Gusman, Conde de Olivares, Duque de San Lucar la Mayor, nuestro Sumiller de Corps, y Cavallerizo Mayor, Gran Canciller de las Indias, etc., de Don Iñigo Velez de Guevara, Conde de Oñate, etc., y de Don Pedro de Zuñiga, Marqués de Flores Davila, etc., todos de nuestro Consejo de Estado: hemos tenido por bien de nombrarlos por nuestros comissarios, como por el tenor de las Presentes los nombramos, y declaramos por tales nuestros Comissarios y Diputados, dandoles plena facultad y authoridad, y Poder general, y especial para que con el dicho Don Francisco Cottington puedan hacer, tratar, concertar y concluir qualesquiera cosas, que parecieren necessarias y convenientes para restablecer, y assentar una firme Paz y Amistad entre Nos, y el dicho Rey de la Gran Bretaña; y para que en nuestro Real nombre hagan, traten, concierten, finalizen y concluyan todas, y cada una de las dichas cosas; y assi concluidas, puedan juntamente con el referido Embaxador, Comissario y Diputado del Rey de la Gran Bretaña, ordenar, firmar y otorgar los articulos é instrumentos del dicho Tratado; y assi mismo prometer de buena fé, y en nuestra Real palabra, que tendremos por gratas, ratas y firmes todas las dichas cosas, y las guardaremos por nuestra parte religiosa y firmemente. Dada en Madrid a treinta de Abril, año del Señor mil seiscientos y treinta. Phelipe. Andrés de Roças. Y

1630
Novembro
15

Dei gratia, Magnæ Britanniæ, Franciæ, et Hiberniæ Rex, fidei defensor, &c. Omnibus et singulis ad quos præsentes nostræ litteræ pervenerint salutem. Cum firma pax, et amicitia inter optimum nostrum Patrem, Regem Jacobum beatæ memoriæ, et Serenissimos Principes Philippum tertium defunctum Regem, et charissimum nostrum fratrem Philippum quartum nunc temporis Regem Hispaniarum per multos annos fœliciter duraverit, donec intempestivæ quædam interruptiones acciderunt, et intercesserunt, ad quas tamen dissensiones tollendas, veteremque amicitiam mutuò restituendam Principes quidam inter nos intervenientes, nobis asserere voluerunt dictum Hispaniarum Regem fratrem nostrum charissimum, animum jam serio applicare, adeoque nihil superesse ad pacem redintegrandam et æquis conditionibus stabiliendam, nisi ut idonei, et sufficienti authoritate utrinque instructi et muniti mutuo mittantur ministri, et legati. Nos itidem, quibus animus à pace nunquam fuit alienus, sed potius desiderium pristinam amicitiam firmiori, si fieri possit, et arctiori vinculo vinciendi et sanciendi, non dubitantes quin istud opus in bonum publicum, et amicorum nostrorum, confœderatorumque salutem, et emolumentum, inque nostram nostrorumque utrinque regnorum mutuam utilitatem ad prosperum, et exoptatum finem perduci possit, promptos nos ipsos atque paratos ad rem tantam promovendam præbere voluimus. Igitur sciatis quod Nos de prudentia, fidelitate, et industria viri nobilis fidelis et prædilecti nostri Francisci Cottingtoni Equitis Baroneti, Consiliarii nostri, et cancellarii Regii nostri Scacarii, plurimum confidentes, ipsum Franciscum Cottingtonum nostrum verum, et indubitatum Commissarium, Legatum, Procuratorem, et Deputatum ad prædictum negotium fecimus, constituimus, ordinavimus, et deputavimus ac per præsentes facimus, constituimus, ordinamus, et deputamus, Dantes eidem, et committentes plenam potestatem, et authoritatem pariter, ac mandatum generale ac speciale nomine nostro cum præfato Serenissimo Hispaniarum Rege fratre nostro charissimo, ejusque procuratoribus, deputatis, et nuntiis, ad hoc sufficientem authorita-

1630
Novembro
15

por parte del Serenissimo Rey de la Gran Bretaña, el dicho Don Francisco Cottington, su Embaxador, en virtud de Poder, y Comission especial de Su Magestad para ello, despachada en el Palacio de Westminster á veinte de Octubre del año de Christo mil seiscientos y veinte y nueve, que es á la letra como se sigue: Carlos, por la gracia de Dios, Rey de la Gran Bretaña, Francia, é Irlanda, Defensor de la fé, etc. A todos, y á cada uno de los que las presentes nuestras Letras vieren, salud. Porquanto ha durado felizmente muchos años la Paz y Amistad entre nuestro buen Padre el Rey Jacobo, de feliz memoria, y los Serenissimos Principes, el Rey Phelipe Tercero, yá difunto, y nuestro muy amado Hermano Phelipe Quarto, al presente Rey de las Españas, hasta que sucedieron algunas intempestivas interrupciones; y para quitar estas diferencias, y restablecer entre ambas partes la antigua amistad, se han interpuesto algunos Principes, assegurandonos que el dicho Rey de las Españas, nuestro muy amado Hermano, se inclina muy de veras á la Paz, y que para renovarla, y establecerla con justas condiciones, solo falta que se embien de una y otra parte Ministros y Embaxadores idoneos, y con bastante authoridad para ello: portanto, no haviendo jamás tenido el animo opuesto á la Paz, antes bien desseado unir, y assegurar aquella antigua amistad con mas firme, y estrecho vinculo, si fuesse possible; y no dudando que esto se pueda llevar á la feliz conclusion que se dessea, para el bien publico, salud y conveniencia de nuestros Amigos y Confederados, y para la comun utilidad nuestra, y de ambos nuestros Reynos: hemos querido manifestar nuestra prontitud, y disposicion á promover una cosa tan importante. Sabed pues, que teniendo mucha confianza en la prudencia, fidelidad y destreza del noble varon nuestro fiel e muy amado Francisco Cottington, Cavallero Baroneto de nuestro Consejo, y Canciller de nuestro Exchequer, hemos hecho, constituido, ordenado y diputado, como por las Presentes hacemos, constituimos, ordenamos y diputamos al dicho Francisco Cottington por nuestro verdadero, é indubitable Comissario, Embaxador, Procurador y Diputado para

1630 Novembro 15

tem, et potestatem habentibus, communicandi, tractandi, concordandi, et concludendi omnia, et singula quæ ad firmam pacem, et amicitiam inter nos, nostras Coronas, atque Consanguineos, Amicos et Confœderatos nostros, cum dicto nostro charissimo fratre Hispaniarum Rege conficiendam, et stabiliendam conducunt, et faciunt, atque super iis articulos, litteras, et instrumenta necessaria conficiendi, et ab altera parte petendi, et recipiendi. Denique omnia ea quæ ad præmissa vel circa eadem erunt necessaria et opportuna, faciendi et expediendi. Promittentes bona fide, et in verbo Regio Nos quæ inter dictum fratrem nostrum charissimum Hispaniarum Regem ejusque procuratores, deputatos, et nuntios, atque prænominatum Franciscum Cottingtonum nostrum Commissarium, Oratorem, et Deputatum in præmissis seu præmissorum aliquo erunt tractata, facta, et conclusa, ea omnia grata, rata et firma habituros, et ex nostra parte servaturos. In cujus rei testimonium hisce litteris manu nostra Regia firmatis, magnum Regni nostri Angliæ sigillum apponi fecimus. Quæ dabantur è Palatio nostro Westmonasteriensi die vigesimo Octobris anno Christi supra millesimo sexcentesimo vigesimo nono, Regnique nostri quinto. Carolus Rex. Qui quidem utriusque Regis Commissarii, et Deputati facto aliquoties Congressu, præviaque solerti tantæ rei discussione, et matura adhibita deliberatione, Deo piis cœptis favente, ad majorem ejus gloriam, Orbis Christiani beneficium, utriusque vero Regis subditorum commodum et tranquillitatem subsequentes pacis perpetuò duraturæ articulos concordarunt, et stabilierunt.

1. Primo conclusum, stabilitum, et concordatum fuit, et est, ut, ab hodie inantea sit bona, sincera, vera, firma, et perfecta amicitia, et confœderatio, ac pax perpetuò duratura, quæ inviolabiliter observetur inter Serenissimum Regem His-

el referido negocio; dandole y concediendole plena facultad y authoridad, y assi mismo Poder especial y general, para que en nuestro nombre comunique, trate y concierte con el sussodicho Serenissimo Rey de las Españas, nuestro muy amado Hermano y sus Procuradores, Diputados y Nuncios, que tengan bastante authoridad y facultad para ello, todas y cada una de las cosas que conduzcan, y convengan para hacer, y assentar una firme Paz y Amistad entre Nosotros y nuestras Coronas, Parientes, Amigos y Confederados, con el dicho nuestro muy amado Hermano el Rey de las Españas; y para que sobre ellas haga los Articulos, Escrituras y Instrumentos necessarios, y los pida y reciba de la otra parte, y finalmente para que haga, y despache todo aquello, que para las cosas sussodichas, ó en razon de ellas fuere necessario y conveniente; prometiendo de buena fé y en palabra Real, que tendremos por grato, rato y firme, y cumpliremos de nuestra parte todo lo que en orden á las sussodichas cosas, ó alguna de ellas se tratare, hiciere y concluyere entre el dicho nuestro muy amado Hermano el Rey de las Españas, y sus Procuradores, Diputados y Nuncios, y el expressado Francisco Cottington, nuestro Comissario, Embaxador y Diputado. Em testimonio de lo qual, hicimos poner el gran Sello de nuestro Reyno de Inglaterra á las Presentes firmadas de nuestra Real mano. Dadas en nuestro Palacio de Westminster á veinte de Octubre el año de Christo mil seiscientos veinte y nueve, y de nuestro Reynado el quinto. Carlos Rey. Los quales Comissarios y Diputados de ambos Reyes, haviendo tenido algunas Juntas, y precedido diligente examen y madura deliberacion sobre un negocio tan importante, favoreciendo Dios las justas intenciones, para mayor gloria suya, beneficio de la Christiandad, y utilidad, y quietud de los subditos de ambos Reyes, acordáron y establecieron los siguientes Articulos de perpetua Paz.

1. Primeramente se ha concluido, establecido, y acordado, y se concluye, establece, y acuerda, que desde hoy en adelante aya una buena, sincera, verdadera, firme, y perfecta Amistad, y Confederacion, y perpetua Paz, la qual se ob-

1630
Novembro
15

paniarum, et Serenissimum Magnæ Britanniæ Regem, eorumque hæredes ac successores quoscumque, eorumque regna, patrias, Dominia, terras, populos, homines, Ligios, ac Subditos quoscumque præsentes et futuros, cujuscumque conditionis, dignitatis, et gradus existant, tam per terram, quam per mare, et aquas dulces; ita ut prædicti vassalli et subditi sibi invicem favere et mutuis prosequi officiis ac honesta affectione invicem se tractare habeant.

2. Cessetque in posterum omnis hostilitas ac inimicitia, offensionibus omnibus, injuriis, et damnis, quæ durante bello, partes quoquomodo percepissent, sublatis, et oblivioni traditis, ita ut in posterum nihil alter ab altero occasione quorumcumque damnorum, offensionum, captionum, aut spoliorum prætendere possit, sed omnium abolitio sit, et censeatur facta ab hodie inantea, omnisque actio extincta habeatur, salvo et præterquam respectu captionum factarum intra districtum maris arctioris spatio quindecim dierum, et intra arctioris maris Insularumque tractus spatio trium mensium, atque ultra lineam spatio novem mensium integro elapso, à die publicatæ pacis, sive statim à significatione pacis infra dictos limites, et loca sufficienter facta per declarationes, aut diplomata authentica respectivè monstranda, quia de illis debebit reddi ratio, fierique restitutio, abstinebuntque in futurum ab omni præda, captione, offensione, et spolio in quibuscumque Regnis, Dominiis, locis, et ditionibus alterutrius ubivis sitis, tam in terra quam in mari et aquis dulcibus, nec per suos vassallos, incolas vel subditos aliquid ex prædictis fieri consentient, omnemque prædam, spolium, ac captionem aut damnum, quod inde fiet vel dabitur, restitui facient.

3. Item quod nullus dictorum Serenissimorum Regum, suorumque hæredum et successorum quorumcumque per

1630
Novembro
15

serve inviolablemente entre el Serenissimo Rey de las Españas, y el Serenissimo Rey de la Gran Bretaña, y qualesquiera sus herederos, y sucessores, y qualesquiera sus Reynos, paises, dominios, tierras, pueblos, vassallos, ligios, y subditos presentes, y venideros de qualquier condicion, dignidad, y grado que sean, assi por tierra, como por mar, y aguas dulces; de manera que los sussodichos vassallos, y subditos se ayan de favorecer unos á otros, corresponder-se con reciprocos beneficios, y tratar-se mutuamente con honesta amistad.

2. Y cesse de aqui en adelante toda hostilidad, y enemistad; desterrandose, y olvidandose todas las ofensas, injurias, y daños, que de qualquier modo huvieren recebido las Partes durante la guerra; de suerte que en adelante no puedan pretender los unos de los otros cosa alguna con ocasion de qualesquiera daños, ofensas, presas, ó despojos; sino que todo generalmente se olvide, y se entienda olvidado desde hoy en adelante; y se tenga por extinguida toda accion, salvo, y excepto en quanto á las presas, que se hicieren en los parages estrechos del mar, passados quince dias, y en los parages estrechos del mar, y de las Islas, passados tres meses, y mas allá de la Linea, passados nueve meses cumplidos despues de publicada la Paz; ó luego que dentro de los dichos limites, y lugares se aya hecho bastantemente notoria por declaraciones, ó Diplomas authenticos, que se han de manitar respectivamente; porque de estas presas se havrá de dar cuenta, y se havran de restituir. Y en adelante se abstendrán de todo genero de presa, captura, ofensa, y despojo en qualesquiera Reynos, Dominios, Lugares, y distritos de qualquiera de las dos partes, en dondequiera que esten situados, assi en tierra, como en mar, y aguas dulces: y no consentirán que por sus Vassallos, habitantes de sus Reynos, ó Subditos se cometa cosa alguna de las sussodichas; y harán restituir todo genero de presa, despojo, y captura, ó satisfacer el daño, que de ello procediere, ó resultare.

3. Iten, que ninguno de los dichos Serenissimos Reys, ni de qualesquiera sus herederos, y sucessores por si, ni por

1630 Novembro 15

se, nec per quemvis alium contra alium et sua Regna, patrias, et dominia quæcumque quidquam aget, faciet, et tractabit, vel attentabit quocumque in loco, sive in terra, sive in mari, portubus, vel in aquis dulcibus, quacumque occasione vel causa. Nec alicui bello, consilio, attentationi, vel tractatui quæ fierent, vel fieri possent in præjudicium unius contra alium, consentiet, vel adhærebit.

4. Item quod neutra partium præstabit, nec præstari per aliquos suos vassallos, subditos, incolasve consentiet, auxilium, favorem, vel consilium directê, nec per indirectum, tam per terram quam per mare, et aquas dulces; nec subministrabit, nec subministrari consentiet per dictos vassallos, incolasve, ac subditos regnorum suorum, milites, commeatum, pecunias, instrumenta bellica, munitiones, vel aliquodvis aliud auxilium ad bellum confovendum hostibus, inimicis ac rebellibus alterius partis, cujuscumque generis sint, tam invadentibus regna, patrias, et dominia alterius, quam se subtrahentibus ab obedientia, et dominio alterius.

5. Renunciabuntque præterea, prout tenore præsentium dicti Reges, ac quilibet eorum renunciavit, et renunciat cuicumque Ligæ, Confœderationi, Capitulationi, et intelligentiæ in prejudicium unius vel alterius quomodolibet factæ, quæ præsenti paci et concordiæ, omnibusque et singulis in ea contentis repugnet, vel repugnare possit, easque omnes et singulas quoad effectum prædictum cassabunt et annullabunt, nulliusque effectus et momenti declarabunt.

6. Item pactum et conventum ut iidem Serenissimi Reges subditos suos ab omni vi, et injuria abstinere curent, revocentque quascumque Commissiones ac litteras tam Repræsaliarum seu de Marca, quam facultatem prædanti continentes, cujuscumque generis aut conditionis sint, in præjudicium alterius Regis, vel subditorum, subditis suis, sive incolis, sive extraneis datas, et concessas, easque nullas, cassas, et irritas declarent, ut hoc pacis tractatu, nullæ, cassæ, et irritæ declarantur, et quicumque contravenerint puniantur, et præ-

1630 Novembro 15

qualquier otro hará, obrará, tratará, ó intentará en qualquier lugar, sea en tierra, ó en mar, puertos, ó aguas dulces, con qualquier ocasion, ó motivo que sea, cosa alguna contra el otro, ni contra sus Reynos, tierras, y dominios; ni consentirá, ó adherirá á guerra, consejo, intento, ó Tratado alguno, que se hiciere, ó pudiere hacer en perjuicio de uno de los dos.

4. Que ninguna de las dos partes dará, ni consentirá, que por ninguno de sus Vassallos, Subditos, ó Habitantes de sus Reynos se dé ayuda, favor, ó consejo directa, ni indirectamente, assi por tierra, como por mar, y aguas dulces; ni subministrará, ni consentirá que por los dichos sus Vassallos, Habitantes, y subditos de sus Reynos se subministren soldados, bastimentos, dinero, petrechos de guerra, municiones, ú otra qualquier ayuda para fomentar la guerra, á los Enemigos, Contrarios, y Rebeldes de la otra parte, de qualquier genero que sean, assi á los que acometieren los Reynos, tierras, y dominios del otro, como á los que se apartaren de su obediencia, y dominio.

5. Demás de esto, los dichos Reyes renunciarán, como por el tenor de las presentes qualquiera de ellos ha renunciado y renuncia, qualesquiera Ligas, Confederaciones, Capitulaciones, é Inteligencias hechas en qualquier manera en perjuicio del uno, ó del otro, que se opongan, ó puedan oponer á la presente Paz, y Concordia, y á todas, y cada una de las cosas, que en ella se contienen; y las cassarán, anularán, y declararán por de ningun efecto, y valor todas, y cada una de ellas en quanto al sussodicho efecto.

6. Iten, se ha pactado, y convenido, que los dichos Serenissimos Reyes procuren que sus subditos se abstengan de toda violencia, é injuria, y revoquen qualesquiera Comissiones, y Patentes, assi de Represalias, ó de Marca, como las que contengan facultad para apresar, de qualquier genero, ó condicion que sean, dadas, y concedidas á sus subditos, ó habitantes de sus Reynos, ó á estrangeros, en perjuicio del otro Rey, ó de sus subditos; y las declaren por nulas, y de ningun valor, y fuerza, como por tales se declaran en este

1630 Novembro 15

ter inflictam criminalem pœnam, subditis læsis, et id requirentibus illata damna resarcire compellantur.

7. Item conventum et stabilitum fuit, et est, quod inter Serenissimum Regem Hispaniarum, et Serenissimum Regem Angliæ, ac cujuslibet eorum vassallos, incolas, et subditos, tam per terram, quam per mare, et aquas dulces in omnibus, et singulis Regnis, Dominiis, et Insulis, aliisque terris, Civitatibus, oppidis, villis, portubus, ac districtibus dictorum Regnorum et Dominiorum sit, et esse debeat commercium liberum, in quibus inter dicta Regna fuit Commercium ante bellum inter Philippum secundum Hispaniarum Regem, et Elisabeth Angliæ Reginam, prout stabilitum fuit in tractatu pacis anni millesimi sexcentesimi quarti articulo nono, juxta et secundum usum et observantiam antiquorum fœderum, et tractatuum supradictum tempus antecedentium : ita ut absque aliquo salvo conductu, aliaque licentia generali, vel speciali, tam per terram, quam per mare et aquas dulces, subditi et vassalli unius, et alterius Regis possint et valeant ad omnia prædicta eorumque omnium Civitates, Oppida, portus, littora, sinus et districtus accedere, intrare, navigare, et quoscumque portus subire, in quibus ante supradictum tempus fuit mutuum commercium; et juxta, et secundum usum, et observantiam antiquorum fœderum, et tractatuum prædictorum, cum plaustris, Equis, Sarcinulis, navigiis, tam onustis, quam onerandis merces importare, emere, vendere in iisdem quantum voluerint, commeatum resque ad victum et profectionem necessarias justo pretio sibi assumere, restaurandis navigiis, et vehiculis propriis, vel conductis aut commodatis operam dare : illinc cum mercibus, bonis ac rebus quibuscumque, solutis juxta locorum statuta telonnis et vectigalibus, præsentibus tantum, eadem libertate recedere, indeque ad patrias proprias, vel alienas, quomodocumque velint, et sine impedimento exire.

8. Item, conventum et pariter stabilitum fuit, et est, ut

1630 Novembro 15

Tratado de Paz: y qualesquiera que contravinieren á ello, sean castigados, y además de la pena criminal impuesta, sean compelidos á resarcir los daños á los subditos damnificados, que lo pidieren.

7. Iten, se ha convenido, y establecido, y se conviene, y establece, que entre el Serenissimo Rey de las Españas, y el Serenissimo Rey de Inglaterra, y los vassallos, habitantes, y subditos de los Reynos de qualquiera de ellos, assi por tierra, como por mar, y aguas dulces, en todos, y cada uno de los Reynos, Dominios, Islas, y demas Tierras, Ciudades, Villas, Aldeas, Puertos y Districtos de los dichos Reynos, y Dominios, sea, y deba ser libre el Comercio, en donde lo fue antes de la guerra entre Phelipe Segundo, Rey de las Españas, é Isabel Reyna de Inglaterra, como se estableció en el Tratado de Paz del año de mil seiscientos y quatro en el Articulo nono, conforme, y segun el uso, y observancia de las antiguas Alianzas, y Tratados anteriores al sussodicho tiempo: de manera, que sin salvoconducto, ni otra licencia general, ó especial, puedan, y tengan facultad los subditos, y Vassallos de uno, y otro Rey, assi por tierra, como por mar, y aguas dulces, para llegar, entrar, y navegar á todos sussodichos Reynos, y Dominios, y á las Ciudades, Villas, Puertos, Riberas, Ensenadas y Distritos de todos ellos, y entrar en qualesquiera Puertos, en donde antes del sussodicho tiempo huvo Comercio reciproco; y conforme, y segun el uso, y observancia de las sussodichas antiguas Alianzas, y tratados, con carros, cavallos, equipages, y embarcaciones, assi cargadas, como por cargar; llevar mercadurias, comprar, y vender; tomar en ellos todos los bastimentos que quisieren, y las cosas necessarias para su sustento, y viage á justos precios; reparar sus navios, y carruages proprios, alquilados, ó prestados; y con la misma libertad salir de alli con sus mercadurias, bienes, y otras qualesquiera cosas, pagando, conforme á los Estatutos de los lugares, solo los derechos actualmente impuestos; y volver á sus proprias tierras, ú á otras, como quisieren, sin embarazo alguno.

8. Iten, se ha convenido, y assimismo establecido, y se

1630 Novembro 15

liceat ad dictorum Regum Portus accedere, morari, et redire cum eadem libertate, nedum cum navibus ad usum Commercii, et mercium convehendarum, sed etiam cum aliis suis navigiis armatis ad hostium impetus cohibendos paratis, sive vi tempestatis appulerint, sive ad reficiendas naves, vel ad emendum commeatum, modo si sponte accesserint, numerum sex, vel octo navium non excedant, neque diutius vel in portubus, vel circa portus hæreant, vel persistant, quam illis ad refectionem, et alia necessaria paranda fuerit necesse; ne impedimento quoquomodo sint libero aliarum amicarum nationum intercursui et commercio: Ubi autem de majori numero navium armatarum agatur, tunc non nisi consulto Rege liceat ingredi; et modo in dictis portubus nihil hostiliter agant in præjudicium ipsorum Regum; sed ut amici et confœderati degant, et conquiescant.

Hoc semper cauto, ne sub colore et prætextu Commercii auxilia aliqua sive commeatus, sive armorum sive instrumentorum bellicorum, sive cujusvis alterius bellici auxilii genus ad utilitatem et beneficium inimicorum unius, vel alterius Regis per eorum subditos, vassallos, vel incolas quoscumque deferantur; sed quicumque hæc attentaverint acerrimis pœnis puniantur quibus seditiosi et fidei et pacis infractores coerceri solent. Ita ut subditi unius, in territorio alterius, non pejus tractentur quam ipsimet naturales in venditione et contractatione suarum mercium, tam ratione pretii quam aliter, sed par et æqua sit in prædictis tam forensium, quam naturalium conditio, non obstantibus quibuscumque statutis vel consuetudinibus in contrarium.

9. Item conventum et stabilitum fuit et est, quod dictus Serenissimus Rex Angliæ prohibebit, edictoque publico, statim post firmationem præsentium capitulorum publicando, cavebit ne aliquis suus subditus, incola, vel vassallus levet aut transferat quoquomodo directè vel per indirectum proprio nomine, vel alieno: nec aliquam navim aut aliud vehicu-

1630 Novembro 15

conviene, y establece, que puedan llegar á los Puertos de los dichos Reyes, estar en ellos, y volverse con la misma libertad, no solo con navios mercantiles, sino tambien con otros navios suyos armados en guerra, yá sea que la tempestad, ó la necessidad de reparar las naves, ó de comprar bastimentos, los obligue á ello; con tal, que si llegaren voluntariamente, no passen de seis, ú ocho los navios, ni se detengan, ó permanezcan en los Puertos, ni cerca de ellos, mas tiempo del que huvieren menester para su reparo, y provision de otras cosas necessarias, á fin que de ningun modo impidan el libre trato, y comercio de las demás naciones amigas; pero quando llegare á ser mayor el numero de los navios de guerra, no puedan entrar, sin haver dado cuenta al Rey; y sea de manera, que no cometan en los dichos Puertos hostilidad alguna en perjuicio de los dichos Reys, sino que estén quietos, como Amigos, y Confederados.

Atendiendo siempre, á que con color, y pretexto de Comercio no se dé socorro alguno de bastimentos, armas ó petrechos militares, ú otro qualquier auxilio de guerra en utilidad, y beneficio de los Enemigos de uno, ú otro Rey, por qualesquiera Subditos y Vassallos suyos, ó Habitantes de sus Reynos; y que qualesquiera que lo intentaren, sean castigados con las severissimas penas, con que se suelen castigar los sediciosos, y quebrantadoros de la Fé, y de la Paz; de manera que los Subditos del uno no sean peor tratados en el territorio del otro, que los mismos Naturales, en la venta, y contratacion de sus mercadurias, assi en quanto al precio, como en quanto á lo demás; sino que sea semejante, é igual en lo sussodicho la condicion, assi de los Estrangeros, como de los Naturales; sin embargo de qualesquier Estatutos y Costumbres en contrario.

9. Iten, se ha convenido, y establecido, y se conviene, y establece, que el dicho Serenissimo Rey de Inglaterra mandará, y ordenará por edicto publico, que se ha de publicar inmediatamente despues de firmados los presentes capitulos, que ningun Subdito ni Vassallo suyo, ó Habitante de sus Reynos lleve, ó transporte de ninguna manera, directa, ni

1630 Novembro 15

lum, vel nomen suum commodabit ad transferendum, vel traducendum aliquas naves, merces, manufacturas, vel quævis alia ex Hollandia, et Zelandia in Hispanias ac alia Regna et Dominia ipsius Serenissimi Regis Hispaniarum, nec aliquem mercatorem Hollandum, vel Zelandum in suis navibus transferet ad dictas partes, sub pœna indignationis Regis et aliarum pœnarum contemptoribus mandatorum Regiorum indictarum, et ad effectum ut magis cautum sit ne fraudes sequantur ob similitudinem mercium, præsenti capitulo cautum est, ut merces ex Anglia, Scotia et Hibernia advehendæ, vel traducendæ ad Regna et Dominia dicti Regis Hispaniarum registro Villæ vel Civitatis, ac sigillo, ex qua levabuntur, obsignentur; atque ita obsignatæ, sine difficultate aliqua, aut quæstione quacumque pro Anglicanis, Scoticis et Hibernicis habeantur, et respective juxta obsignationem approbentur, salva probatione fraudis, non retardato tamen, nec impedito cursu mercium. Illæ vero merces, quæ nec registratæ, nec sigillatæ fuerint, cadant in confiscationem, et sint (ut dicitur) de bona præda, et similiter omnes Hollandi et Zelandi qui in dictis navibus reperiantur, possint capi et arrestari.

10. Pariter etiam conventum est quod Britanniæ, Scotiæ, et Hiberniæ merces liberè possint ex eisdem Regnis in Hispaniam, cæterasque Serenissimi ejusdem Regis Provincias adferri, solutis tantum datiis ac teloniis consuetis.

11. Conventum etiam est, et stabilitum quod mercibus quas Mercatores Angli, Scoti et Hiberni ement in Hispaniis, vel aliis Regnis dicti Serenissimi Regis Hispaniarum et in propriis eorum navibus, vel conductis, vel commodatis ad eorum usum (exceptis tamen, ut superius dictum est, navibus Hollandorum et Zelandorum) levabunt nova datia et vectigalia non augeantur, modo illas merces conducant et deferant ad Regna dicti Serenissimi Regis Angliæ, vel ad portus Provinciarum Belgicarum obtemperantium; et ad finem ne fraus sequatur, et ne dictæ merces ad alia loca et Regna, et in spe-

1630 Novembro 15

indirectamente en nombre propio, ú ageno, ni preste navio alguno, ú otro carruage, ni su nombre, para transportar, ó conducir algunas naves, mercadurias, manifacturas, ú otras qualesquiera cosas de Holanda, y Zelanda á España, y demás Reynos, y Dominios del dicho Serenissimo Rey de las Españas; ni passe en sus navios á las dichas partes Mercader alguno Holandés ó Zelandés, so pena de la indignacion del Rey, y otras penas establecidas contra los que menosprecian las Reales ordenes: y para mejor precaver, que no se sigan fraudes de la semejanza de las mercadurias, se previene en el presente capitulo, que las mercadurias, que de Inglaterra, Escocia é Irlanda se llevaren, ó conduxeren á los Reynos, y Dominios del dicho Rey de las Españas, estén selladas con el registro, ó sello de la Villa, ó Ciudad de donde se sacaren; y assi selladas, se tengan por Inglesas, Escocesas, é Irlandesas, sin dificultad, ni disputa alguna; y se aprueben respectivamente segun el sello que traxeren, salvo si se probare el fraude, no retardandose, ni impidiendose el curso de las mercadurias; y las que no estuvieren registradas, y selladas, se confisquen, y sean, como se dice, de buena presa: y assimismo todos los Holandeses, y Zelandeses, que se hallaren en los dichos navios, puedan ser presos, y arrestados.

10. Igualmente se ha convenido, que las mercadurias de Inglaterra, Escocia é Irlanda puedan traherse libremente de estos Reynos á España, y á las demás Provincias del dicho Rey, pagando solamente los derechos, é impuestos acostumbrados.

11. Tambien se ha convenido, y establecido, que á las mercadurias, que los mercaderes Ingleses, Escoceses, é Irlandeses compraren en España, ú otros Reynos del dicho Serenissimo Rey de España, y sacaren en navios proprios, ó fletados, ó que ayan tomado prestados para su uso (exceptuando no obstante, como queda dicho, los navios de Holandeses, y Zelandeses) no se les impongan nuevos derechos, é impuestos, con tal que conduzcan, y lleven las dichas mercadurias á los Reynos del dicho Serenissimo Rey de Inglaterra, ó á los Puertos de las Provincias obedientes de los Es-

1630 Novembro 15

cie ad Hollandiam et Zelandiam deferantur, conclusum est, quod dicti Mercatores se obligabunt tempore quo onerabunt naves in Hispania, vel aliis Regnis, et Dominiis dicti Serenissimi Regis Hispaniarum, quibus supra, coram magistratu loci, in quo merces levabunt, de solvendo vectigali triginta pro centum, ubi dictas merces ad alias provincias deferant, et de consignanda certificatione à magistratibus locorum obtinenda exonerationis dictarum mercium, vel in Regno Angliæ, vel in portubus Provinciarum sub obedientia et Dominio dicti Regis Hispaniarum existentium, termino duodecim mensium, qua certificatione exhibita, obligationes prius datæ eandem certificationem adferentibus tradentur.

12. Quod Serenissimus Rex Angliæ prohibebit statim post firmationem præsentis concordiæ, quod nullus exportabit merces ex Hispaniis vel aliis Regnis Serenissimi Regis Hispaniarum aliunde deferendas, quam ad Regna sua, et dictus portus Provinciarum Belgicarum obedientiam, sub pœna confiscationis omnium ipsarum mercium versus fiscum dicti Serenissimi Regis Angliæ, data medietate dictarum mercium, seu valoris notificatori, et in primis deducto datio triginta pro centum, quod solvetur Ministris deputatis Serenissimi Regis Hispaniarum, adhibita fide probationibus legitimis in Hispaniis receptis, in Angliam transmittendis, in authentica forma.

Declaratur etiam supradictam prohibitionem mercium exportandarum ex Hispaniis ad alia quàm ad Britannica Regna, et obedientes Provincias Flandriæ, nullo modo illa Regna et Dominia comprehendere, quæ Hispaniæ Regnorum libero fruuntur commercio, ad hos enim quibus cum Hispaniis mutuum est commercium, subditi Serenissimi Regis Angliæ horum Hispaniæ Regnorum merces (supradictis cautionibus et conditionibus, pœnisque in præcedentibus Capitulis contra

1630 Novembro 15

tados de Flandes. Y para que no se siga fraude, y que las dichas mercadurias no se lleven á otros lugares, y Reynos, y especialmente á Holanda, y Zelanda: se ha concluido, que los dichos Mercaderes, al tiempo de cargar sus navios en España, ó en otros Reynos, y Dominios del dicho Serenissimo Rey de España, arriba dichos, se obligarán ante la Justicia del lugar, de donde sacaren las mercadurias, á pagar un Treinta por ciento, en caso que las lleven á otras Provincias; y á presentar dentro de doce meses certificacion de los Magistrados de los lugares, de haver descargado las dichas mercadurias en el Reyno de Inglaterra, ó en los puertos de las Provincias de Flandes, que están debaxo de la obediencia, y dominio del dicho Rey de las Españas; y presentada la dicha certificacion, se volverán á los que la traxeren las obligaciones, que huvieren entregado.

